





10152 - 56

17672.

MEMORIAM  
BORNIAM

IN AVDITORIO PETRINO

DIE XII. IVNII HORA IX. RECOLENDAM

INDICVNT

ORDINARIUS  
SENIOR CAETERIQUE FACVLTATIS  
IVRIDICAE ASSESSORES

---

RHAPSODIA

*Quaeſtionum in foro quotidie obvenientium  
neque tamen legibus decisarum.*

Collectio XVII.

---

LIPSIÆ  
EX OFFICINA LANGENHEMIA.

1767.

МАМОИА  
МАЛІЯ

IN AUDITORIO FETRINO

ДІАХУАНІ МОРАЛІС ПЕДРІСІНІА

ІНДІАНИ

СРДІНА РІВІ  
SENIOR CATHOLIC FACULTATIS  
JURIDICAE VERSIBUS

ІНДІОДІА

Одноголосі вісни відомі  
Ізраїльські пісні зі святого Іерусалиму

College XAVII

ІПСІА

Ізраїльські пісні зі святого Іерусалиму

1562

---

OBSERVATIO CCXCIV.

*Exceptio enati concursus nec litis est ingressum impediens, nec sententiam definitiuam remoratur.*

*Moto concursu actiones particulares cessare, omnesque creditores ad forum vniuersale remittendos esse, non omnino verum.*

Inter varias reorum exceptions et haec aliquoties obuenit, vt contenti debitores dicent: se bonis cessisse, adeoque hanc causam particularem ad iudicium vniuersale remittendam esse, neque se in alio foro creditoribus respondere. Haec inania esse sequentes decidendi rationes Mensis Martio 1767. a Collegio datae indicabunt: *Ob wohl Beklagter ein öffentliches Zeugniß, daß er sich dem Banqveroutier Mandate unterworfen und ihm berauf ein sicheres Geleite wieder seine Gläubiger ertheilet, also das Creditwesen, besönders die Segyestration seines Vermögens, annoch anhängig und nicht beendigt sey, in beglaubter Form beygebracht, als woraus er, daß wider ihn alhier, zumal executivisch nicht geklagot werden möge, unter andern auch um des willen zu behaupten füchet, weil nach der Erl. Proc. Ordn. tit. 41. §. 4. bey Concurser keine Wiederklage stat findet, sondern die Ausflüchte des Schuldners zugleich bey dem iudicio vniuersali erörtert werden sollen, auch Kläger darinnen, daß er meynet, als wenn dasjenige, so Beklagter wegen seines anhängigen Creditwesens aniezt nicht werkthätig zu machen vermöge, hinkünftig seines Curatoris bonorum Obliegenheit werden müsse, irrig ist, sitemalen wenn Kläger bey künftigen Concurse seine Forderungen nicht liquidirte, den künftigen Curatorem bonorum gegenwärtiges Urthel, wodurch Beklagter das Haus abzutreten, für schuldig erkant wird, zu nichts verbindet; Ferner Klägers Gegenantwort, daß noch zur Zeit, weit weder Edictationen ergangen, noch ein Curator verpflichtet, kein förmlicher Concurs, sondern blos ein Creditwesen entstanden sey, in keine Erwägung kommt, sitemalen, wenn auch gleich der Unterscheid zwischen einem völlig ausgebrochenen Concurse und einem entstandenen Creditwesen, seine gute Richtigkeit hat, nichts destoweniger auch bey letztern der Schuldner, so bald er sich nur angegeben, nunmehr weiter einen Gläubiger vor den andern zu befriedigen oder etwas zu veräußern außer Stande; Dennoch aber und dieweil kein Gläubiger bey dem Concurse zu liquidiren gezwungen werden, wohl aber derselbe sich sein Recht bis auf Verbeffierung der Vermögens Umstände vorbehalten kan, auf welchen Fall*

Klägern gegenwärtiges Erkenntnis doreinst zu statzen kommen muss, wie denn so gar demjenigen, so bey dem Concurse zu liquidiren gedenket, vorher ein rechtskräftiges Urtheil, welches ihn so dann von fernern Beweise befrejet, erlanget zu haben, nützlich ist, überhaupt aber, wenn der Concurs auch wirklich schon eröffnet wäre, dieses in gegenwärtiger Sache zu erkennen nichts binden würde, weil ob Beklagter das Haus abzutreten vermögend oder nicht? sich erst bey der Hälfte Vorfreckung zeigen wird, wie denn die ex L. 6. §. 7. ff. quae in fraud. cred. abgeleitete sonst gar bekante Regel: moto concursu actiones particulares cessare, omnesque creditores ad forum universale remittendos esse lediglich von der Execution oder allenfalls nur von denen Gläubigern, so aus der Masse befriediget werden wollen, anzunehmen, auch in gegenwärtiger Sache noch kein förmlicher Concurs sondern ein bloßes Creditwesen vorhanden, also ein Erdurtheil wohl gesprochen werden mögen, weil, wie gedacht, die Untersuchung ob und wie die Abtretung zu bewirken? annoch zu frübzeitig. Et iterum alio tempore respundimus: Endlich das neben bey geäußerte Vorgeben, dass weil Beklagter sein sämtliches Vermögen denen Gläubiger abzutreten in Begriffe stebe, er diesen einzeln Proces zu führen kein Geld habe, um deswillen, weil ihm, so bald dieses geschicket, das Armen Recht gegeben werden muss, unerheblich; So ist etc.

## CCXCV.

*Qui scalam adscendentis furi tenuit, Germaniae moribus non pertinat esse furti socius.*

*Stans ante ostium in via publica et deiectam fenestra suppellectilem auferens non est furti socius, sed merus auxiliator.*

*Qui amicitiae non lucri causa furem occultat, furti nec socius, nec auxiliator.*

Qui tantum animo, non corpore, fures iuuerunt neque tamen lucrum quinque soldos excedentis participes facti sunt, capitaliter puniri nequeunt, CARPOV. P. 4. Confit. 40. defin. 2. si qualificatum furum exceperis, in quo auxiliatores de reliquorum qualitate participant. vide supra Obs. CI. Quibus modis autem quis adiuuare furem possit, VLPIANVS in L. 50. ff. de furt. et IUSTINIANVS indicat in §. II. Institutionum de Obligatione, quae ex delict. nasc. Interdum furti tenetur, qui ipse furum non fecit, qualis est is, cuius ope et auxilio furum factum est. In quo numero est, qui tibi nummos excusfit, vt alius

eos



eos raperet: aut tibi abstulerit, vt alius rem tuam exciperet: aut oves tuas vel boues fugauerit, vt alius eas acciperet. Ope et consilio eius quoque furtum admitti videtur, qui scalas forte fenebris supponit, aut ipsas fenebras vel ostium effringit; vt alius furtum faceret; quiae ferramenta ad effringendum aut scalas, vt fenebris supponerentur, commodauerit. Certe qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, sed tantum consilium dedit, atque hortatus est ad furtum faciendum, non tenetur furti. Hic locus cum de priuata furti actione agat, nobis hodie in delicto publico inutilis, cum durissima furti poena exigat, vt in auxiliatoribus quantitas non furti, sed lucri, spectetur. Difficillimum autem in hac tota quaestione est, ne furti verum socium pro auxiliatore, nec e contrario, quod multo periculosius, auxiliatorem pro vero fure habeamus. Huic difficultati vt remedium ferrem, primum in mentem veniebat inter opem ante furtum, in ipso furto et post furtum latam distin<sup>tio</sup>nem, speciosa quidem primo obtutu, reuera autem inanis, quoniam ex incertis nos incertiores facit; si quidem hoc ipsum obscurum est, quousque furti actus perdureret, et quid sic auxilium in ipso furto commissum? Nam excubatores in ipso furto opem ferunt, nec tamen aliter capite plenti possunt, quam si quinque solidos reuera perceperint. *Confit. El. 39. P. 4.* Nec in Saxonia electorali hodie illa ex Institutionibus Iustiniani repetita distin<sup>tio</sup>nem: vtrum quis tantum ANIMO iuuerit v. c. homines diuites indicando, aut CORPORE v. c. scalas sustinendo, obseruatur, cum et is, qui animo iuuit, si ex preda quinque solidos participauerit, laqueo dignus iudicetur. Itaque reiectis distinctionibus caeteris regulam stabiliemus, nempe: inter auxiliatorem et verum furem discrimen interesse hoc vincum, vt auxiliatoribus et consiliariis furum, qualescumque denum fuerint, capitalis poena dicari non possit, nisi supra quinque solidos lucri reuera participauerint. Non ergo totius furti summa aequis paribus iii imputari potest, vt in veris furti sociis fieri videmus. Dissentit BÖHMER in suis ad Carpzonium Additionibus, vbi eum, qui in ipso actu furandi opem tulit, capitaliter puniri asserit, huiusque rei probanda causa ad Institutionum Iustiniani locum superius laudatum nos adducit, hodie, vt dixi, inutilem, adeoque manifesto hic laudatissimus auctor in aliud genus nempe ex iure Germanico in Romanum, ex criminali in ciuile iudicium et actionem furti prolabitur, quod in causa sanguinis fieri non debet. Deinde non satis id ipsum attingit, quod in hac quaestione vnum difficile est. Nempe pariter et ego dico, auxiliatorem secundum illud: *Der Heler ist so gut, als wie der Stehler,* capitaliter puniri, sed tunc demum, quando supra quinque solidos reuera et actualiter lucratus est. *Confit. Elect. 40. P. 4.* in qua constitu-

constitutione non exceptio, sed regula, traditur et excubiator exemplificare ponitur. Sed de eo non agimus, cum id potius quaeratur, an tali auxiliatori totius furti an lucri quantitas imputanda sit? Hoc nego. Verus enim fur vix alius videri potest, nisi qui ipse ex alieno loco rem amouit, non ergo qui iam loco motas vltius auferat. (*vide supra Obs. XXXII.*) Nec enim Lex 35. ff. de furt. cum de actione civili agat, ad capitalem poenam applicanda. Rescriptum regium ad dicasteria die 17. Febr. 1721. emissum ita habet: *Wie wir nun die Meynung nicht gehabt, dass die Diebe und der Hebler pro sociis gehalten und dasjenige, was der letztere participiret, oder wenn er mit gerechnet worden, participiren können, denen Erßtern zu statten kommen solle, also ist etc.* Si ei, qui siue animo siue corpore iuuit, promissa fuerit praedae portio, neque eam acceperit, etiam furto magno a sociis perpetrato, tamen vltra virgarum coercionem nihil sustinebit, *Constit. Elef. 39. et 40. P. 4. Mandat. d.d. 17. Sept. 1720. in Cod. Augus. T. X. p. 1930.* quod in veris furibus, qui simul quid abstulerunt, alteri se habent. Nam si Caius et Fuscos 26. thaleros abstulerint, licet Fusco tantum tercia praedae pars a Caio fortiori facio promissa fuerit, ac ne hanc quidem acceperit, tamen etiam Fuscos pendebit. *C A R P Z O V. Pr. Crim. qu. 78. n. 43.* Quae situm est, an, qui stans ante ostium in via publica deiecat ex fenestra suppelletilem excipit et auferat, ipsi furi aut tantum auxiliatori comparandus sit? Malum mitiore fermentiam sequi et quoniam res non loco, vbi iacebant, mouit nec aedes intrauit, tantum auxiliatorem putare. In his similibusque exemplis quantitas lucri non quantitas furti spectanda. Ei itaque, qui excubias egit aut scalam adscendentem tenuit, quia tantum opem tulit, non possumus, si alter solus aedes intrauerit, dimidiare totius praedae imputare, sed id tantum, quod verus fur ipsi de furto tribuit, quae distinctione in Receptatoribus quotidie obuenit.

Sabina imperat Catharinae, ut vicini absensis aedes intret, et res inde ablatas sibi afferat. Si Catharina id faciat, furti poenae non subiacet, quoniam absque animo lucrandi tantum amicitiae causa fecit aut imperio obsecundavit. *L. 39. pr. ff. de furt. L. 5. ff. vlt. ff. 41. ff. ad L. Aquil. L. 50. §. vlt. L. 53. pr. ff. de furt.* Si autem Catharina mercede conducta tale perpetrauerit, mercedis non furti quantitas ad poenam imputanda. Sed nec hortatrix Sabina furti testebitur, nisi quantum facta est locupletior, quia opem in ipso furto nullam adhibuit, sed tantum confilium dedit atque hortata est ad furtum faciendum. *L. 36. ff. de furt. IUSTINIANVS §. infine Inst. de oblig. quae ex delict. Idem qui amicitiae non lucri causa furem occultat, nec furtum indicat, nequi-*

71

nequidem furti auxiliatorem esse, sed arbitrio iudicis extra ordinem le-  
uissime puniri, tralatitium est et legibus conforme. *L. 48. §. 1. ff. de furt.*  
*cap. 4. X. de furt.*

### CCXCVI.

*Filius furiosus potest exheres scribi ob verbera patri ante furo-  
rem illata.*

*Dementes ne quidem tempore dilucidi interualli tormentis sub-  
jiciuntur.*

Tametsi Deus non dimitit poenam ob peccata ante furorem com-  
missa, tamen magistratus se ludibrio vulgi et risui expositurus foret, qui  
facinorosos in furorem adactos, ob delicia in statu fano perpetrata, capite  
plecteret, cum ne quidem tempore dilucidi interualli tormentis subiiciantur.  
*WERNNER P. 8. Obs. 48.* Quoniam enim dementem satis sua fa-  
tuitate infelicem existimamus, non aliud experitur supplicium. Anne ergo  
eadem doctrina in exheredatione obtinebit? Certe omnis exheredatio,  
poena quippe, odiosa nec afflito videtur addenda esse afflictio. Debet  
etiam sentire exheredatus poenam, cuius furiosus certam comprehensio-  
nem non habet. Adde in penalibus neminem inauditum esse conde-  
mnandum nec suscepit a curatore, rerum antea gestarum non satis gna-  
ro, depulsionem obiecti criminis sufficienter videri. Ne quid de reipu-  
blica incommodo dicam, cuius interest, ne mentis inops sua portione le-  
gitima fraudatus ex publico alendus veniat. Haec argumenta facile quem-  
piam eo rapere poterant, ut patri exheredationem denegent. Atramen  
in contrarium ducor *arg. L. 7. §. 5. C. de curat. fur. et L. 27. C. de episcopat. audient.* Non quidem, fateor, verba hic dispositiva inuenieris, at-  
tamen vbi in re dubia lex differta desicit, verba etiam incidentia inter-  
dum pro lege habentur.

### CCXCVII.

*Ob metum periurii probabilem iurisiurandi delatio acceptata re-  
uocari nequit.*

Auferrit enim per acceptationem quaesitum ius nemini debet. *L. 2.  
ff. de iureit.* Solent tamen dicasteria tunc, etiam in causa ciuili, admo-  
nitionem clerici de vitando periurio iungere.

### CCXCVIII.

*Qui debitoris negotia in soluendis tributis gessit, in priuilegium  
fisci subintradat, quamuis iura a fisco cessa non habeat.*

L. 24. §. vlt. ff. de reb. auct. iud. poss. L. 1. C. de his qui in prior. credit.  
loc. Has leges sequimur et contrariam Legem 3. §. vlt. C. de priuile. ff. sc.  
vilipendimus.

Iam vero IOHANNES GODOFREDVS BAR-  
THEL, senatoris Lipsiensis filius, cuius causa haec omnia scri-  
fimus, nos anniuersariae Orationis, quam die Veneris proxima  
in honorem illustrium Borniorum legato stipendio in iuris studio-  
fos liberalium habebit, atque in ea de iudiciis veterum Ger-  
manorum *Ordaliis*, obiter quaedam differet, memores esse petuit;  
Igitur R E C T O R E M ACADEMIAE MAGNIFICVM,  
SEREN. PRINCIPEM, COMITES ILLVSTRISSIMOS,  
CAETEROSQVE PROCERES ET STUDIOSAM IVVENT-  
T V T E M, vt praesentia sua iuuent declamantem et ornent, reueren-  
ter et perquam officiose rogamus. P. P. Lip. Fest. Pentecost.  
MDCCCLXVII.



**ULB Halle**

003 719 014

3




1078



1767 2.

# Farbkarte #13

B.I.G.



Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

MORIAM

N I A M

TORIO PETRINO

HORA IX. RECOLENDAM

NDICVNT

NARIVS

ERIQUE FACVLTATIS

AE ASSESSORES

APSODIA

ro quotidie obvenientium

legibus decisarum.

ectio XVII.

P S I A E

LA LANGENHEMIA.

767.